

Torquemada in *Monarch. Indiar. tom. 1. lib. 5. c. 61. & 62.* Cabrera in *vita Philippi II. lib. 7. cap. 8.* Plenius ceteris Dominus D. Anton. de Morga nunc meritis Præses Regiæ Quiten-sis Cancellaria, qui cum in Philippinis Gubernatorem, & Senatorem ageret, Inculentam de illis historiam, & relationem scripsit. Apud quos auctores, & alios, quos retuli in *fine d. cap. 13.* reperitur plura de Japoniorum, & Sinarum vastissimis Regnis, & insulis eis adjacentibus, & de expeditionibus, quas nostri in illis fecerunt.

66 Et de *Nova Guinea, & insulis Salomonis, & Latronum* ab Alvaro Mendaña primum repertis anno 1567. & postea ab eodem, & rursus à Petr. Fernandez de Quiros, vano tamen labore, indagatis, plenam relationem apponit idem Dom. Præses Ant. de Morga ubi supra ex pag. 29. Herr. d. *descript. cap. 27.* Torquem. in *dict. Monarch. lib. 5. ex cap. 64. ad 70.* & aliqua tradit Joseph. Acost. de *nat. Novi Orbis, lib. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 11. & 25.* & Maluend. de *Antichrist. lib. 3. cap. 15. pag. 142. & 147.* Et ego apud me ser-vo 70 manuscriptorum commentarios dicti Petri Fernandez de Quiros, præcario concessos ab ejus filio Don Francisco de Quiros Mathematicarum scientiarum peritissimo, & Regio hujus Peruanæ Regni Cosmographo, & nautarum examinatore, quibus ea omnia quæ in dictis navigationibus contigerunt, latissime scripta reliquit, & simul alias suas peregrinationes recenset, non minus certè mirabiles, aut scitu jucundas, quam quæ de Ulyssæ olim, & hodie de Emmanuele Mendez Pinto Lusitano circumferuntur.

Sed quoniam supra mentionem fecimus de limitum divisione, & pactione, circa Indiarum navigationes, & conquisitiones inter Reges Castellæ & Lusitanie celebrata, ère erit, ut eam paucis 68 pro coronide hujus capituli adjiciamus. Sciendum igitur est, quòd cum Lusitanie Reges, post detectas Africæ interioris oras, ad Orientales Indias cum suis classibus penetrare coepissent, impetrarunt à Martino V. Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. ut quidquid à Ganariæ promontorio (quod postea *Caput Bonæ spei* appellari jusserunt) ad ultimam usque Indiam patefieret, id quàm optimo jure, & conditione Lusitanie ditionis esset: quam concessionem deinde alii Pontifices confirmarunt, ut diximus *sup. c. 3. n. 21 & 22.* Cum autem postea Christophorus Columbus Regum Catholicorum copias, & nomine, Occidentales insulas explorare, & foeliciter juxta ac fructuoso eventu detegere coepisset, Joann. II. Lusitanie Rex id agrè admodum tulit, vel quòd efflorescenti, tum maxime ad maritimæ rei gloriam, nomini Lusitano, partum ab aliis in eodem genere decus officeret; vel quòd relicto sibi à majoribus in cloto navigationis jure spoliari, & vasti Oceani possessione pelli quodammodo videretur. Qua de causa, cum bellum utrinque immineret, & plures hinc inde legationes, & pacis media tentata fuissent: tandem inter eos convenit, ut tota illius litoris, sive controversiæ disceptatio ad Alexandrum VI. tunc temporis Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. remitteretur, qui 69 cognita Regum causa, ut regiones desiniret, quas quilibet explorare, & debellare sine alterius injuria posset, ultra Hesperidum insulas, vulgò dictas, de *Cabo Verde*, ad tricentesimam fectmè, &

quadagesimam leucam, ducto à Sapremtrionibus ad Australem polum circulo, sive f. lineâ, 70 quam *Meridianum* appellant, totum terrarum Orbem ex æquo bifariam divisit: ita ut pars, quæ ad Orientem vergeret, Lusitanie ob juris antiquitatem cederet; Occidua Castellæ Regi relinqueretur; statuens, ut Castellani non vlam à Lusitanis apertam, sed diversam sequerentur, & hi ad Solis Ortum, illi ad Occasum navigantes, orbem marium, atque terrarum secarent: & cum hic constet 360. gradibus, unusquisque centum & octoginta partes ad pvestigandum, & debellandum sibi deposceret. Quæ divisio in causa fuit, ut adeo anxie à Magallano, f. & aliis navigatio ad Molucas, per maria extra Lusitanorum limites posita quæreretur, & ut super eisdem f. insulis no- 71 vâ lites suscitarentur, dum uterque Rex eas suis finibus comprehendit contenderet, variis rationibus, & prædicti Meridiani computationibus hinc inde perpensis, quousque convenit, ut Castellæ Reges illas Lusitanis pro trecentis & quinquaginta ducatorum millibus pignori da- 72 rent.

De quibus f. omnibus peculiarem mentionem 73 fecerunt Masf. lib. 1. *histor. Ind. Orient. pag. 5. & 18.* Hieron. Osor. lib. 11. de *reb. Emmanuel.* Fr. Anton. de San. Roman. lib. 1. de *hist. Orient. capit. 6. & lib. 3. cap. 13.* Episcop. Chiapensis in *tract. comprob. fol. 30.* Marquard. in *tract. de Jud. & infid. 1. part. cap. 14.* Petr. Bembo lib. 6. *histor. Venetæ* relatus à Balduino in *S. Insula, n. 5. & 6. in itin. de rerum divisione, Garibal lib. 28. Annal. anno 1493.* Petr. Matth. in *addition. ad septimum decretal. lib. 1. tit. 9. pag. 74. & in summa cons. Pontif. pag. 152.* Joan. Boter. in *Cosmograph. 2. part. lib. 4. pag. 384. & part. 4. lib. 2. pag. 949.* Hieron. de Monte in *tract. de finib. r. gund. cap. 7. num. 8.* Thom. Boc. de *sign. Eccles. Dei lib. 17. cap. 4. pag. 112. & de Italia statu, lib. 3. cap. 5. pag. 342. & seq.* Doctor Marti in *tract. de jurisdictione, 1. part. cap. 24. num. 32.* Molin. Theolog. de *just. & jur. tract. 2. disp. 103. pag. 424.* Petr. Opmeer. in *Chronograph. pag. 437.* P. Gordon. pag. 441. melius & fidelius ceteris Anton. de Herrera in *dict. histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 2. cap. 5. 8. & 10. & decad. 3. lib. 6. ex cap. 3. ad 8. & decad. 4. ex cap. 6. ad 10. & alii, quos retulimus sup. hoc cap. num. 63. & infra lib. 2. cap. 24. num. 18. & tetigit Anton. Posevini in *Bibliothec. lib. 1. cap. 7.**

Ubi benè f. considerat, has omnes contentio- 74 nes cessasse; postquam Occidentales & Orientales Indie in unum Regem cojerunt; Lusitanie nimirum Regno Castellæ & Legionis, à quo exierat, copulato. Idque sapientissime à Deo effectum fuisse, tum, ut sub unius imperio facilior ratio esset religionis cum sapientia propagandæ; cum etiam, ne Philippinis inventis, quæ proximi- 75 mius ad Lusitanie limites accedebant, novæ contendi occasiones excitarentur, f. quæ Lusita- ni semper nimis superbi; & cum magno Castellanorum despectu prosequerentur; ita ut teste Petro Martyr. *decad. 8. cap. 10. in fine,* plures cordati viri, ruinam illis venturam, vel hoc vaticinantur, & prædictam unionem, vel reductionem ad Castellæ coronam desiderarent.

Qua-

76 Quæ tandem quomodo, & quibus titulis facta fuerit, latè & optime prosequitur Joan. Anton. Niperan. in *commentariis de obtenta Portugallia.* Hieron. Connestagius Genuensis in *decem libris,* quos de eadem unione Italico sermone conscripsit, Michael ab Aguirre, Franciscus Alvarez à Ribera & alii quam plures, qui tractatus, & allegationes super ejusdem Regni successione ediderunt, & egregius nostri temporis Chronista, mihi- 77 que, dum Maritri agerem, ob ingenium, & variarum literarum studium admodum familiaris f. Ludovic. Cabrer. in *vita Regi Philippi II. lib. 12. & 13. & obiter Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 21. in fine, Camill. Borrell. de præst. Reg. Cathol. c. 46. ex n. 210. & novissime Salazar de Mendoza de origin. dignit. Hispan. lib. 4. cap. 4. fol. 169. ubi ex Hispaniæ annalibus, & historiographis probant, Regnum illud Castellæ & Legionis feudum fuisse, & Comitatus titulo ab illis separatam, de quo etiam benè agit Mariana de rebus Histor. lib. 1. cap. 4. & lib. 10. c. 13. Joan. Tarcañ. 2. p. lib. 12. Steph. Garib. lib. 5. sue histor. & Petr. Damar. in *Dialogo 2. de varia histor. cap. 3.* Tamarjo de Vargas in *defens. Petr. Joan. Marianæ pagin. 42. & D. Joan. Briz Martin. in histor. S. Joan. de la Peña lib. 5. cap. 2.**

CAPUT VII.

De natura, & excellentiis Novi Orbis: & aliqua de terræmotibus, montibus ignivomis, & eorum causis.

SUMMARIUM.

- 1 Repetere, huc transcribere que ab aliis bene tractata sunt, otiosum est.
- 2 Novi Orbis excellentias cur Auctor notare voluerit.
- 3 Novi Orbis provincia, ut plurimum, amantissime & temperatissima sunt.
- 4 Terra elementum inæquale, & cum aliquibus defectibus, etiam ante diluivium à Deo creatum fuit, & quare.
- 4 Tellus eadem non parit omnia, sicut nec mare.
- 6 Terra defectus Deus induxit ad cobibendam idolatriam, secundum Theodoretum.
- 7 Columbus putavit Paradisum voluptatis in Novo Orbe inveniri.
- 8 Paradisi locum sub Equatore positum, multi sentiunt.
- 9 Regiones plurimæ admodum temperatæ, & habitabiles reperuntur sub lineâ Equinoctiali contra veterum opinionem.
- 10 Paradisi locus ubi est, incertum est, & Deus occultum esse vult.
- 11 Novi Orbis temperies & amantitas describitur & comparatur Tempæ aut campis Elysiis secundum Acoctam.
- 12 Homines beatissime in Novo Orbe vivere possent, si pecuniis congregandis non inhiarent.
- 13 Orbis olim cogniti partes Europa sive Asia & Africa de principatu contendebant.
- 14 Novus Orbis ferè in omnibus antiquum excellit.
- 15 Flumina Novi Orbis mirabilia.
- 16 Descriptiones & relationes rerum, & locorum Novi Orbis semper ferè iusta sunt.
- 17 Comes Lemorum Excellentissimus laudatur, & extimia ejus cura in petendis descriptionibus, & relationibus Novi Orbis.
- 18 Romani qualiter disponebant notitiam utriusque Imp. Augustus Cæsar qualiter curaverit peculiarem descriptionem, & relationem totius Orbis habere.

- 20 Europam ceteris mundi partibus præponit Dorerus.
- 21 Hispania laudes, & excellentie.
- 22 Novus orbis hodie excellentior est, cum ultra proprios fructus, & animalia quibus ante abundabat, reliqua ab Hispaniæ allata possideat, & uberissime reddat.
- 23 Ubertas incredibilis fructuum, & frugum Novo Orbe.
- 24 Peponum insule Hispaniæ mira fertilitas.
- 25 Fanum abscissum quinta die ad cubitum erescit.
- 26 Frumenti bis mille grana ex una arista in Novo Orbe, & spicas ad brachii magnitudinem.
- 27 Fructus tres quotannis redduntur in aliquibus provinciis Novi Orbis, & alie plures fruges intra decimum, aut vigesimum diem maturescunt.
- 28 Frumentum Hispaniarum maturescit intra duos menses in aliquibus regionibus Novi Orbis, & Indicum bis in anno metitur & centuplum reddit.
- 29 Novi Orbis arbores toto anno frondent & virent.
- 30 Novi Orbis feracitas & ubertas præfertur Asiæ, & India Orientali secundam Masiam.
- 31 Arborum, & acuminum Novi Orbis ingens magnitudo; & quedam in Perù qua Venerem domant, numer. 33.
- 32 Lignum quoddam Novi Orbi noctu lucem emittit.
- 33 Maquei arbor Novi Orbis ad innumera terrores.
- 34 Animalium Novi Orbis mira fecunditas.
- 35 Animalium quadrupedum tria tantum vel quinque genera erant in Hispaniâ ante Hispaniarum adventum, eaque minutissima nunc plurimè & magnis coætes.
- 36 Hispaniola insula armentis abundat, & ingentem eorum copiam in Hispaniam mittit.
- 37 Oves due in Novo Orbe intra decem annos quadraginta mille uni Domino reddiderunt.
- 38 Vacca una octingentos auros Domino 20. annis reddidit ibid.
- 38 Bezaar lapis, & ejus inventio & virtus, ibid.
- 38 Metallis, & lapidibus præiosis abundat Novus Orbis.
- 39 Lapidei globi admodum rotundi reperuntur in insula Cuba, qui ad enea tormentis proficiunt.
- 40 Pulvis pyritus, sive tormentarius, vulgo polvora reperitur à natura creatus in provincia Quauemallam.
- 41 Novus Orbis intra breve spatium terre habet variâ temperamētā.
- 42 Arbores, que ex una parte uno semestri ex alia alio virent & fructus producant, & hujus rei ratio.
- 43 Pluvia nulle in planis Regni Perù, & quare.
- 44 Nebula planorum Regni Perù, quas vocant Garvas ad plura utiles sunt.
- 45 Pluit nunquam in montibus Hyrcania, & in aliis regionibus.
- 46 Terræmotus solent esse frequentes in Novo Orbe, & aliqui referuntur.
- 47 Terræmotus Regni Chilensis vehementissimus.
- 48 Dominus Joannes à Sancta Cruce Senator Panamensis laudatur, & ejus infelix mors.
- 49 Atheistæ si bonis viris aliqua mala contingebant, providentiam negabant.
- 50 Mors quolibet modo contingens mala dici non potest, si eam bona vita præcessit.
- 51 D. Simon Stiltis fulmine percussus interit.
- 52 Naufragium horrendum, & miserandum, quod India classis circa Habanam passa est quinta die Septembris anno 1622.
- 53 Pat. Paulus Josephus ab Arriaga Societatis Jesu laudatur, & ejus exitus refertur.
- 54 Terræmotus causas aliqui ignivomis montibus tribuunt.
- 55 Montes ignivomi plures reperuntur in novo Orbe, Atna & Vesuvio mirabiliores.
- 56 Terræmotus cause, & eorum præcipue, qui contingunt in oris maritimis.
- 57 Terræmotus Neptuno attribuit, & quare.
- 58 Terræmotus notabiles, qui in variis Orbis partibus contigerunt remissive.
- 59 Terræmotuum mentionem & considerationem etiam habuerunt J. C. Ter-

- 60 Terræmotus aliqui ex Jure Consultis vi divina tribuunt, alii vi naturali; & eorum concordia. Lex Ruminno 24. §. Servius, D. de damno infecto. & l. Martius, D. locati conciliantur, & illustrantur, ibid.
- 61 Deus, & natura idem sunt.
- 62 Terræmotus etri ex naturalibus causis contingere possit, semper tamen Dei ira & indignationi tribuendus est.
- 63 Terram Deus stabilem, & immotam esse voluit.
- 64 Philastrius appellat hereticos eos, qui terræmotus adscribunt causis naturalibus, & non peculiari Dei justitiam, & indignationi.
- 65 Terræmotum semper ut rem prodigiosam & divinam acceperunt Romani.
- 66 Terræmotibus plura gravia delicta Deus vindicavit.
- 67 Ferias extra ordinem terræmotuum causa indicebant Romani, & qualiter.
- 68 Feria repentina, & extraordinaria, que.
- 69 Terræmotus ratione aliquis vocitose feria Lima indita.
- 70 Terræmotus ne damnum inferant, que verba scribitur, & parietibus scribere oportet.
- 71 Doctor Franciscus Carrascus del Saz Senator Panamensis laudatur.
- 72 Terræmotus notabilis urbis Arequipa, & eruclatio montis Ignivomi, qui circa eam erat.
- 73 Citis ad torrentis modum fluxus in Arequipa.
- 74 Terra pars quedam corruis circa oppidum Anco Anco, & per requiescentem aquæ instat profusus.
- 75 Aqua magna vii subitè e terre visceribus erupit in provincia Chumbivilcas.
- 76 Aquæ sub terra, & flumina reperiuntur.
- 77 Pericula undique hominibus imminet, ut Deum timeant.
- 78 Terræmotus qui non timens, stupidi sunt, & sensus expertes secundam Aristotelem.

Pestrinxi quidem, & majori, qua potui, brevitate ea omnia delibavi, & ni fallor, aliquatenus illustravi, que de Novi Orbis, sive utriusque America regionibus à variis Scriptoribus tradita sunt, & omnino observatione digna ad susceptæ præculationis scopum videri poterunt. Erenim si peculiariter singula prosequi vellem, non solum nostras paginas onerare, verum & alienas transcribere necessarium esset. Quod semper fugiendum censui, sequitur Polybii sententiam, lib. 1. hist. dum ait: *Profecto neminem puto judicaturum, necessarium fuisse, aut de his, que rectè, & à multis dicta sunt, denud sermo habere.*

Sed ne aliquis arbitretur prædictas provincias longitudinis & latitudinis suæ immensam vastitatem, cæli, aut soli infœlicitate, vel sterilitate pensare, & operæpretium duxi, aliqua etiam sub eadem brevitate connectere, quibus earum ubertatis, salubritatis & utilitas aperitur.

Et planè quamvis negari non possit, multa in eis locis fabulosa, aut saxosa reperiri, & præruptis collibus, opacis nemoribus, aut altissimis & infructuosis montibus occupata, & ob nimiam calorem, vel frigus parum habitantiam hominum commodas; hoc neutriquam impedit, quin cætera, quæ, ut plurimum, amœnissima, & temperatissima sunt, celebrare debeamus.

Hæc enim terrarum inæqualitas in omnibus mundi partibus invenitur, non solum post diluvium, ut aliqui erroneè senserunt, sed ab ipso suæ creationis die, & summi Opificis immensitatem, ac benignitatem ipsa varietate commendat, quando tot locorum diversas proprietates effectit, aliis quædam, aliis alia tribuens, aliis alia ne-

gans; tum, ut pateret omnibus, quæ fecerit, voluntatis suæ fuisse, non necessitatis: cum etiam, ut multa hominibus, cæterisque animalibus bona præstaret, quæ ex prædicta varietate descendunt, prout egregie probatur in Psalm. 103. *ex vers. 8. usque ad 19.* & Proverb. cap. 8. *vers. 25.* & prosequitur Aristot. lib. de Mundo, cap. 2. Virgil. lib. 1. & 2. Georg. Strab. lib. 3. de situ Orbis: & Ovid. lib. 1. de Arte amandi, dum ait:

*Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit, hæc oleis, hic bene farra virent.*

Horatius eadem de mari scribens, lib. 2. Satyr. 4.

*Sed non omne mare est generose fertile vestæ.
Maurice Bujano melior lucrina peloris,
Ostrea Circæis, Mlreno oriuntur echini:
Peltimibus paulus jactat se molle Tarentum.*

D. Chrysost. ad cap. 13. epist. 1. Corinth. homil. 34. Hug. de Sancto Victore, lib. 1. de invisib. Dei, §. 1. relatus à D. Antonin. 3. part. histor. tit. 18. pag. 2. Albert. Magni de Probl. lib. 1. tract. 2. cap. 4. Abulens. sup. Genes. cap. 1. Majol. colloq. 17. de proprietat. locorum, in princ. versic. Cogitemus: Acost. de proc. Indiar. lib. 2. cap. 13. Pat. Salazar sup. dict. cap. 8. Proverb. Pat. Lorin, sup. d. Psalm. 101. August. Torniel. in anal. sacris, 3. die Mundi, n. 3. p. 38. & ann. 1656. n. 21. p. 167. Fr. Joan. à Ponte in conventu, utriusque Monarch. lib. 3. c. 14. §. 2. pag. 94. & Just. Lip. de Physiol. Stoic. lib. 1. dissert. 13. quibus aridet Theodoret. lib. 3. de curand. Græc. affecion. in princip. nisi quod hos terra defectus ad cohibendam hominum idolatriam à Deo inductos fuisse opinatur, sic iniquis hominum errorem sapientissimus Deus multo ante præsentiens, nonnullos defectus elementis adjunxit, ut illorum quidam species ac magnitudo intuentes homines, ad Opificem admirandum, attolleret; ipsæque vicissim labe ac patientie homines cohiberet, quominus ea, tamquam Deos adoranda censerent.

Talis est ergo, ac tanta Americanarum insularum, & regionum continentis pro majori parte foelicitas, ac temperies, ut primis earum investigator Christophorus Columbus, hac consideratione ductus, ferè opinatus sit, Paradisum terrestrem in illis inveniri, ut tradit Gomara in histor. Ind. lib. 1. quem refert Martin. Delr. in adag. sacris 1. tom. adag. 789. pag. 378. & latius prosequitur Anton. Herr. in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 3. cap. 12. pag. 106. Ad quod suspicandum, illorum sententia, non ineptè moveri potuit, quæ Paradisi locum sub Equatore, sive Equinoctiali linèa plantatum existimant; quos sequuntur D. Thom. 2. 2. quest. 164. art. 2. ad 5. S. Bonaventuræ, & Durand. in 2. sentent. distinct. 17. Nicol. de Lira, & Ludovic. Istella sup. Genes. cap. 2. Cælius Rhodig. lib. 1. lect. ant. cap. 22. & alii relati à Ludovic. Vives in addit. ad D. August. lib. 17. de civit. Dr. cap. 21. & Maluend. de Paradiso, cap. 10. pag. 25. & 26.

Circa & infra quam lineam, & sub Zonâ præusta, plures hujus Novi Orbis insulas, & provincias jacere, satis compertum est, & contra antiquorum opinionem eas admodum temperatas, fertiles & habitabiles esse, ut bene probat idem Maluend. ubi supra, & lib. 3. de Antichristi.

cap. 14. Benedict. Peter. ubi supra, Daniel. lib. 4. ad illa verba, *Benedicat terra Dominum*: Joseph. Acosta lib. 1. de natura Novi Orbis, cap. 10. in fine, & lib. 2. cap. 1. cum sequentib. & Fr. Joan. à Ponte in dict. Monarch. lib. 3. c. 19. §. 1. & nos repetimus infra, cap. 11.

Sed licet hoc, quod de Paradiso dicitur, admitti sine temeritate non possit, teste Acost. dict. lib. 2. cap. 14. & Delr. dict. pag. 378. Cujus si- rum multi opinantur post diluvium evanuisse, & alii in India Orientali, vel sub Zellana provincia, & in aliis variis locis constituunt, & alii de ejus loco disputare inanem questionem esse, quoniam Deus omnibus occultissimum esse voluit, nec nisi Divina revelatione cognosci, nec nisi Divino auxilio adiri potest, ut tetigimus supra cap. 2. num. 5. & cap. 3. num. 40. & latius docent D. August. de peccato origin. contra Pelagium lib. 2. cap. 23. Mag. Sentent. dict. distinct. 17. Chasan. in Catalog. gloria mundi, part. 12. consid. 4. Maluend. d. tract. de Paradiso per totum. Simo. Majol. colloq. 17. ex pag. 381. Delr. dict. adag. 789. Rutil. Benzon. de anno fabulæ lib. 2. cap. 43. & August. Torniel. in dict. anal. sacris diei mundi 3. num. 13. ex pag. 41. ad 52. & Pat. Ludovic. Ballester. in Onomatograph. verb. Paradisi, pag. 305: ubi plurimas quæstiones de Paradiso proponit, & prosequuntur: ad huc tamen idem Acosta concludit, & considerata quamplurimum regionum hujus Novi Orbis temperie, & veluti perpetui Veris benignitate, tamquam voluptatis hortum, & alteram Tempe meritò reputari posse: Cum neque Hyems præmat frigore, neque æstas caloribus coquat, adeò ut parvo cespite injuria omnes satis propulserunt, vestiumque vicissitudine vix opus sit. Ita tunc si homines cupiditatis, pravæque opinionum vinculis expeditentur, & ingenua liberata dominari potius, quam servire pecuniæ decressissent, facillè hic jucundam, ac beatam vitam fuissent victuri. Nam quod Poëtæ de Elysiis, quod de Tempis, quod Plato de sua illa Atlantide, vel fingit, vel narrat, id certè in his regionibus reperirent. De quibus etiam non ineptè ea omnia prædicare possumus, quæ elegant stylo, de foelicibus illis insulis in Oceano sitis canit Horatius lib. Epod. Ode 16. quas licet omnes ejus expositores pro Fortunatis accipiant. Bernard. tamen Aldret. Hesperides esse dicit lib. 4. de antiq. Hispan. cap. 17. pagin. 566. quæ hujus Novi Orbis partem constituunt; verba autem Horatii sic habent:

*Vos, quibus est virtus, multibrem tollite lactam,
Hætrusa præter & volate litora.
Nos manet Oceanus circumvagus: arva beata
Petamus, arva, dicitur, & insulas:
Reddit ubi Cereem tellus inarata quotannis,
Et impudata, floret usque vinea:
Germinal & nunquam fallentis termes oliva,
Suumque pulla ficus ornat arborem:
Mella cavata manant ex ilice: montibus altis
Levis orepat lymphæ desiliit pede.
Illic inoussa veniunt ad multæ capella,
Referque tena grex amicus uberat.
Nec oesperinus circumgemit urris ovile,
Nec intumescent alta viperis humus.
Pluræque felices mirabimur, ut neque largis
Aguosus Euræ arva radat imbribus,*

*Pluvium nec siccis urantur semina glebis,
Utramque rege temperante celum.
Non hac Argo contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis insulas pedem.
Non huc Siamii torserunt cornua navæ,
Laboriosa nec cohors Ulyssæi,
Nulla nocent pecori contagia, nullus astris,
Gregem astuosa torret impoentia,
Jupiter illa pia recrevit liora genti,
Ut inquinavit aræ tempus aureum.
Aere, dehinc ferro duravit secula: quorum
Pitæ secunda, vate me, datur fuga.*

Unde quemadmodum olim collatis inter septem tribus Mundi cogniti partibus, *Europâ* & scilicet, *Asiâ* & *Africâ*, de earum præstantia & excellentia disputari solebat, ut constat ex traditis à Chasan. in Catalog. glor. mundi part. 12. consider. 17. Jacob. Pontano in 1. part. vol. 3. progymnasmate 18. ex pag. 15. & aliis; quos retulimus sup. cap. 1. num. 26. Ita nunc detecta hæc, quæ quarta vocatur, an illis præstantior, & excellentior censi debet, in quæstionem adduci solet. Et ferè in omnibus præstare, Novumque hunc Orbem antiquo præponi debere, aperte concludit Joseph. Acosta in lib. 3. & 4. de historia natur. & moral. Indiarum: & Ant. Herr. in ead. histor. decad. 1. lib. 1. c. 5. p. 11. Quibus ego non gravatè subscriberem, si ita cultus, & habitatus ut antiquus reperiretur; cum & ingenti magnitudine & temperie, ut diximus, longè superior sit, & aquarum, & fontium, lacuum, ac fluviorum mirabilium, & navigabilium copiâ; de quibus plura tradit idem Acost. dict. lib. 3. cap. 18. & 20. Fr. Greg. García de Ind. origin. ex pagin. 163. ad 172. Simon. Majol. colloq. 10. pag. 264. Maff. lib. 2. histor. Indiar. Boter. dict. lib. 3. pagin. 377. ubi de insigni flumine dicto *Orellana*, & *el Marañon*; & 383. ubi de altero non minore, quod *Argenteum*, sive *Rio de la Plata* vocatur; Garcilasus Inca in suis Commentar. lib. 3. cap. 22. & Joan. Baptist. Scott. lib. 1. de natur. & inrerem. Nil. cap. 5. ubi Nilum, qui fluminem Rex ab antiquis judicabatur, teste Sil. Ital. lib. 6. & Agell. lib. 10. cap. 7. longè superari fatetur à prædicto Orelanio Novi Orbis flumine, cujus tanta est aquæ abundantia, ut in fine ad nonaginta quinque leucas pateat, adeò, ut in medio navigans, non nisi cælum & aquam conspicias. Unde meritò dixit Hieronym. Cardanus, esse maximum totius Orbis flumen. Vincitur etiam (inquit) ab *Argenteo fluvio in eadem America, qui ostio patente ad quadraginta leucas adeò violentus currit in Oceanum, ut nauta prius quàm tellurem ex alto conspiciant, dulces latices hauriant*, Pascuis etiam, fructibus, & variis arboribus, quin & plurimis radicibus, ad vitæ sustentationem utilissimis, abundantior, & auri, & argenti, aliorumque metallorum, & pretiosorum lapidum ditior reperitur.

Quæ omnia sigillatim prædicti auctores prosequuntur, & manifestò constare poterunt ex 16 relationibus & descriptionibus, quæ Regum nostrorum repetitis decretis & schedulis heri jussæ sunt de omnibus hujus Novi Orbis insulis & regionibus, & de his, quæ in unaquaque earum procreantur, & peculiari animadversione digna videntur. Inter quas schedulas, una expedita est sub ann. 1606. & ab Excellentissimo Lemorum

Comite Domino ac Domino meo semper colendo, & venerando D. Petro Fernandez à Castro In Regio Indiarum Senatu Præsidi. quæ tanti auctoris curam, prudentiam, & solertem indagacionem satis ostendit, cum nihil, vel minutissimum, excogitari possit, ad provinciarum situs, gentes, mores, maria, litora, fluvios, fontes, montes, valles, pascua, itinera, pecudes, aves, fructus, arbores, metallorum fodinas, & denique ad cœlum, & solum hujus Nov. Orb. spectans, de quo distinctam, & peculiarem notitiam ab eorum Prætoribus, & Gubernatoribus non exegerit. Exemplo forsitan ducto à Romanorum libris, sive laterculis, quibus utriusque Imperii vires & rationes similiter ordinabantur circa quos luculentos, & eruditos commentarios scripsit Alciant. & Guid. Pancirol. † vel ab Augusto Cas. de quo scribit Priscian. in *prince sue Cosmog.* Philip. Bergomens. in *suo supplement. Chronic. lib. 7.* Casan. in *diçt. Catal. glor. mundi. part. 12. considerat. 10. in fin.* & Simon. Majol. *diçt. colloq. 10. pag. 262.* & pag. 266. & *colloq. 16. de insulis*, pag. 342. quod per omnem terrarum Orbem, per triginta continuos annos dimensores legatos viros doctissimos, & in Geometrica arte peritos, ad Præsides, Duces, & Judices provinciarum misit, ut describerent, mesurarentque terras, aquas, nemora, plana, concava, montes, colles, itinerarium, atque etiam maria, & maritima loca, & quidquid ubique vel arte, vel naturâ mirandum, aut prodigiosum occurrisset, eaque omnia Senatui diligenter notata, & fideliter scripta, nuntiarent.

Et quamvis Joan. Boter. in *relat. univers. 1. p. vol. 2. lib. 1. cap. 4. & 5. ex pag. 339.* hoc, quod de excellentia Novi Orbis asserimus, in dubium vocare vult, † Europæis regionibus, cæterisque primas deferens, quæ ad Arcticum Polum spectant. Quod etiam † Hispania nostræ laudes exaggerans, sentire videtur Fr. Joan. à Ponte in *conven. utriusque Monarc. lib. 3. cap. 11. & 30. Pantam, sive Tuhaliã* dictam fuisse considerans, quasi omnia bona, quæ in reliquis Orbis partibus divisa conspiciuntur, in ea cumulatissimè reperiantur, de quo pluribus agit Plin. *lib. 3. cap. 1. & seqq. & lib. ult. cap. ult.* Strab. *lib. 3.* Justin. *lib. 44.* Latin. Pacat. in *Panegy. ad Theodos.* Claudian. *de laudib. Serenæ, Apian. Alexan. lib. 2. cap. 22.* Luc. Flor. *lib. 2.* Archiep. Tolet. *1. part. hist. Hisp. cap. 1. 3. & 4.* Phillip. Bergom. in *supplem. Chron. lib. 2.* Luc. Marin. Sicul. *de reb. Hispan. lib. 1. & 5.* Joann. Basæus in *Chron. Hispan. cap. 9.* Zamall. *lib. 1.* Casan. in *Catalog. glor. mundi. part. 12. consider. 17.* Ambros. Moral. in *descript. Hispan. tom. 2.* Cocl. Rhodig. *lib. 18. antiq. lect. cap. 12.* Didac. Daval. in *Miscellan. Austral. colloq. 37.* Conrad. in *templo jud. lib. 1. cap. 2. §. 3.* Camil. Borrell. *de præstan. Reg. Cathol. ferè per totum, Pined. de reb. Salom. lib. 4. c. 14. s. 6.* Mader. & Valdes. in *libris*, quos de excellentiis, & dignitate Hispania luculenter scripserunt. Tandem tamen ipse idem Pater temperiem, & communem ubertatem Americani Orbis extollit: & Boterius etiam fateretur, † hodierni temporis consideratione habitâ, negari non posse, quin antiquum Orbem excedat, cum animalibus, arboribus, fructibus, quibus antea abundabat, isti ferè omnes accesserint, qui apud Europæos in usu erant. Quorum † in his regionibus ingens, & pro-

pè incredibilis fecunditas, & ubertas passim expeditur, & multorum testimonis celebratur, ut constat ex mirabilibus relatis à Petr. Martyre in *decad. de Novo Orbe, Didac. Fernand. de Oviedo in summa rer. Ind. cap. 79. & 81. & in hist. lib. 9. cap. 16. & lib. 11. cap. 1.* Alois. Cadamur. Alumno Cortesii, & aliis, qui relationes Novi Orbis scripserunt, Acost. *d. lib. 3. & 4. per totum.* Pet. Mexia *Hispalens. in Sylva var. lect. 5. part. cap. 26. & 27.* Herrera *decad. 1. lib. 10. cap. 9.* & alibi sæpè, Simon. Majol. in *diçb. Cunicul. tom. 1. colloq. 14. de Insulis ex pag. 340. & colloq. 17. de propriet. locorum ex pag. 391. & passim colloq. 20. & 21. ubi de herbis & plantis*, Torquem. in *Monarch. Ind. lib. 14. ex cap. 36. ad fin. libri*, & Garcilas. Inca in *suis Commentar. lib. 8. ex cap. 9. ad 21. & lib. 9. ex cap. 16. ad 30.* † Ubi inter alia referunt, pepones in Hispaniola insula in tantam amplitudinem inaugurari, ut vix unus homo, unicuique peponem humeris ferre possit, totoque ibi anno semper maturescere, semperque sapidos, & ad vescendum gratos esse: † fœnum quoque falce abscissum, quintâ die ad cubiti proceritatem rursus adolescere. Et in eadem insula, & plurimis circa illam aliis, & in aliquibus continentis ejusdem Novi Orbis regionibus, † ex una arista frumenti bis mille grana numerata fuisse, spicas adeò ingentes esse, ut humano brachio æquentur † tres fructus quotannis reddi, & cucumeres, pepones, ac cucurbitas post vigesimam à satione diem maturas colligi: lactucas, betas, buglossa, caules, decimâ frumentum † verò nostrum, intra duos menses. At illud Indicum, cui Maiz nomen est semper centuplum referre, bisque in anno satum, bis meti.

Denique † totum hunc Novum Orbem tum in continenti, tum in insulis, toto anno penitus virere: nulla enim arbor frondibus unquam destituitur, præter paucas quasdam.

Quæ exactè perpendens † Majol. *d. colloq. 17. pag. 391.* merito concludit, feracitatem Novi Orbis feracitati, quæ de India Orientali, & aliis Asiæ regionibus celebrari solet, proculdubio præferendam esse. Non enim (inquit) ita passim in illis hæc fructuum ex ubertantia est, sed aliqui tantum in locis, immensis inter se intervalis, disjunctis. Idem quoque Auctor *d. colloq. 21.* & alii ex supra relatis plura miranda recensent † de natura, & ingenti magnitudine arundinum, & aliarum arborum ejusdem Orbis, & præcipuè † de ligno quodam Novæ Hispaniæ; in quo cum vetustior putredo est, lux quædam, splendorque nocturnis in tenebris enascitur, & noctu itinerantibus percom nodum est, ut comitem quisque suum videat, & absque errore sequatur. Et de alia arbore, nomine, † Maguel, quæ una omnium rerum officia præstat; ex ea enim parantur aquæ, vina, oleum, acrum, mel, syrapi, fila, acus, tigna, & domorum tecta, & res aliæ infinite, ut latius recenset Acosta *diçt. lib. 4. c. 23.* & Garcilas. Inca in *suis comment. lib. 8. c. 13.* Nec minus memorabilis videtur alia quæ in Peruvia reperitur materia spongiosa, quæ venereos stimulos perdomat. Eamque ob causam Indi nunquam ex ea ignem struunt, ne ejus calore fumove impotentes in venerem reddantur, ut ex Joann. Metello narrat Theat. vitæ humanæ, *vol. 23. lib. 2. pag. 3973.*

Quan-

Quantum † verò animalia ex Hispania adducta multiplicent, vel ex eo cognosci poterit, † quod cum insula Hispaniola ante Nostrorum in eam adventum tria tantum quadrupedum genera nascerentur, ut ait Magin. *tab. 34. pag. 290.* vel quinque, eaque minutissima, cuniculorum instar, quorum nomina refert Ovetus *lib. 12. hist. Ind. c. 1. & 5.* & Majol. *d. colloq. 17. pag. 391.* nunc verò innumerabilibus domesticis animalibus scætet, & armentis Præcipuè, † ita ut hinc ingens corporum, ac pellium copia in Hispaniam comportetur, ut præter alios tradit Acosta *d. lib. 4. c. 33.* & eadem fecunditas in equis, porcis, capris, ovibus, & avibus, Castellæ in eadem insula, & reliquis ferè Americæ regionibus invenitur, ut observat idem Acosta *d. c. 33. & seqq.* & Ant. de Herrera *decad. 4. lib. 9. c. 5. pag. 231. & c. 14. pag. 250.* † Ubi tradit, in quadam valle prope Mexicum ex duobus ovibus cuidam Hispano homini, nomine, Camargo, intra decem annos quadraginta mille, & plures natus fuisse. Et Pet. Ciez. *tom. 2. hist. Ind. c. 35.* Cardan. *de variet. rer. lib. 7. c. 27.* & Theat. vit. humanæ. *vol. 3. lib. 1. pag. 611.* narrant in dicta insula Hispaniola vaccarum carnes mercedis loco offerri excoriare volenti, & Decanum Rodericum Baptistam, ex una vacca octingentos ducatos aureos viginti annorum spatio collegisse, cum quovis anni pareret.

In solis præterea † Peruanis montibus animal reperitur, *Vicuña*, ab indigenis appellatum, quod rufum colore est, hircis Indiæ Orientalis simile, cornua non habens, & cursu super reliqua velocissimum. Hoc animal herbis salutaribus, quæ sunt ibi plurimæ, nutritur, & lapides *Bezaares* in maris supio quodam latenti gignit, in quo herbas ruminandas reponit. Quorum lapidum usum, & utilitatem puer annorum duodecim, in visis Indis Hispanos admonuit, & ob id à suis mox sacrificatus fuit. Adeò Hispanis sua mysteria invident, ut tradit Joan. Metell. relatus à Theat. vit. humanæ. *vol. 1. lib. 1. pag. 106.* Joseph. Acost. in *hist. nat. & moral. Indiar. lib. 1. c. 21. & lib. 4. cap. 41. & 42.* & Doct. Huert. in *amot. ad Plin. lib. 8. c. 53. fol. 289.* Et Auctor libri qui de lapide *Bezaar* novissimè prodit: Herrerc. *decad. 5. lib. 4. c. 9. pag. 123.* & Camil. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. c. 28. num. 40.* qui pluribus probat hunc lapidem in aliquibus partibus fodinalem, aut mineralem reperiri.

Tom. I. de Ind. jure.

quem effectum ingentem illorum copiam Hispaniam adduci à Catholicis Regibus jussam, scribit Petr. Martyr. *decad. 7. cap. 7.*

Et quod admirabilis est, † testante eodem Petr. Mexia *d. 5. part. c. 23.* & Majol. *d. colloq. 18. pag. 418.* natura, velut quæ expectasset Christianorum in has regiones adventum, post globos adeò ingenti copiam, adjecit, non minore, tormentarium pulverem, etiam sulphuream materiam suppeditans, in provincia *Quatemala*, mirumque est, nulla arte egere; ut conficiatur is pulvis, quandoquidem sulphurea natura ibi indita nascitur, ut idem opus, efficaciamque præstet in ipsis bombardis, quod apud nos absolutissimum tormentarium pulvis præstare solet.

Est quoque in eisdem regionibus, & præsertim † in istis Peruanis nimis mirabile, quod intra brevissimum terræ spatium, magna climatis, aut temperamenti variatio, & diversitas invenitur, & prout loca ad montana, vel ad valles respiciunt, frigoris vel caloris, hyemis, ac veris differentiam, & effectus præsentiant, ut cognosci potest ex traditis ab Acosta *d. lib. 4. c. 32.* Petr. Mexia in *Sylva 5. part. c. 25.* & Boter. in *relat. univers. 1. part. vol. 2. lib. 1. pag. 390.* ubi ex hoc descendere † dicunt, ut arbores uno semestri ex uno latere, seu parte, altero ex alia fructus producant, qualem esse ficulneam produunt in *valle de Mala* tredecim leucorum intervallo ab hac civitate *de los Reyes*, quæ parte dimidiâ quæ Austrum spectat, frondet, & fructus fert eo anni tempore, quo in montanis æstas viget, altera verò, quæ ad planities maritimas respicit opposito, aut contratio anni tempore, quo illæ vernant, viret, atque fructificat. Cujus diversitatis causa à diverso aëris temperamento dimanat, ab hoc, vel illo latere arborem afflantis, & percutientis.

Sed neque minus mirabile est, quod in eisdem planis, sive maritimis oris totius Peruanæ Regni quotidie † experimur, & præter alios plures scriptis suis commendant August. Zarat in *histor. Peru. lib. 1. c. 7.* Acost. *diçt. lib. 3. cap. 22. & 23.* Boter. in *relat. d. 1. 3. p. 387.* Petr. Mexia *d. c. 25.* Simon Majol. *colloq. 16. pag. 378. & colloq. 12. pag. 18.* Anton. Herrerc. *decad. 2. lib. 9. cap. 3. & in description. c. 19.* Micael Balb. Cebell. in *Miscellan. Austr. M. S. part. 3. cap. 4.* & D. Didac. Daval. & Figuer. in *sua Miscellan. colloq. 35. ex fol. 157.* scilicet, quod in illis nunquam pluat, aut ningat, nec tonitrua, fulgura, aut fulmina sentiantur, cum tamen in montanis, quæ ab his oris decem (ut plurimum) miliaribus distant, & sub eadem linea & gradibus jacent, hæc omnia frequentissima sint. Cujus rei cum plures philosophicas rationes prædicti auctores excogitaverint, in eam tamen magis conveniunt, ut id siccitatis horum litorum tribuatur; ex quibus nulli humores, aut vapores crassi suscitantur, qui factendis pluviis idonei sint; sed tenues nimis halitus, qui solum nebulas, sive, ut loquuntur, *Garpas*, causare possunt. Et præterea, quia Australis ventus, qui vocatur *Sar*, & perpetuo flatur in eisdem litoribus dominatur, nubes in montanis exhalatas repellit, & cum hic contrarium non habeat, vapores ibi clatos solus in altum promovere non potest, sed eosdem, in inferiori stratione relictos, tantum in nebulas disponit. Quæ tamen

G

ne-

nebulæ apprimè utiles sunt, quoniam & gramin incrementum præstant, & fruges producant: Nam etsi universa hujus terræ loca undarum ex fluminibus eductarum magnam copiam habeant, ros tamen, & nativa cœli humiditas plus efficaciam possidet, præstatque, eo enim solo, arenosa admodum, & aliis arida, & sterilia non solum splendè virent, sed pabulum etiam uberrimum nasciscuntur, quo pecora promptè & facile pinguescunt. A quibus non multum abesse videtur, quod de Hyrcania montibus ex Onescipio commemorat Plinius lib. 31. cap. 3. tradens in illis à Meridiano latere numquam pluere, sylvasque ab Aquilonis tantum parte nasci, fertilissimam tamen regionem esse, & idem de aliis regionibus Ægypti, Babylonis, & Arabiæ scribit Strab. lib. 16. Mela lib. 1. cap. 5. & alii, quos refert Simon Majol. dict. colloq. 17. pag. 386. & 387. & d. colloq. 1. de meteoris pag. 18.

Verum tamen est, hæc tot ac talia cœli & terræ bona, quæ in his Americanis regionibus reperiantur, terræmotum & damnis, & ruinis prægravari, qui in illis, ac præsertim in maritimis, valdè frequentes, & aliquando vehementissimi esse solent, qualis in hac Regali Regum urbe illi fuisse perhibetur, qui annis 1582. 1586. & 1609. acciderunt, & alius in urbe Quitensi anno 1587. & in urbe Arequipa anno 1582. quo omnes ferè ejus domus prostratæ sunt, interemptis tantummodò viginti duobus viris; & alius in Regno Chilensi anno 1562. qui ita vehemens fuit, ut per 300. oræ maritimæ leucas percurrens montes suis sedibus moverit, fluminum alveos præcluserit, maria suos terminos exire coegerit, & urbes quassaverit; de quibus & aliis latius agit Acosta dict. lib. 3. c. 28. Boter. d. lib. 3. pag. 386. Fr. Gregor. Garcia de Indor. origin. pag. 385. Herrera in descrip. Ind. cap. 20. pag. 59. & in histor. gener. decad. 5. lib. 10. c. 6. Magin. tab. 34. fol. 286. & Fr. Joan. Torquemada in Monarch. Ind. lib. 14. cap. 35.

Et his ultimis annis ingens alius terræmotus accidit in urbe Truxillo, qui momento temporis omnia ejus ædificia funditus subvertit, & alter in urbe Panamænsi, die 2. Maii anno 1621. quo plures etiam domus prostratæ sunt; & inter reliquas, ea, & ubi præstantissimus, mihi quæ amicissimus vir D. Joan. à Sancta Cruce, Regius ejusdem urbis Senator morabatur; qui dum matrem ægram, & luxatam, lecto jacentem, ut Æneas alter, à tanto periculo erucere satagit, labentis trabis lecti miserè collisus interiit. Dignus profectò obitalem pietatem, & vitam anteaquam exitu feliciorum re, si rem humanis oculis inspiciamus, ut Atheus ille fecit, qui dixit:

Cùm rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso:
Solicitor, nullo esse putare Deo.

At si divinæ mentis arcana animo, & cogitatione lustremus, & parvi referre judicabimus, igne quis, aqua, ferro, fame, aut quavis alia morte moriatur, cum hæc mala dici non possit, nisi cum mala vita præcessit. Neque enim facit malam mortem, nisi quoad sequitur mortem: & is, qui necessario moriturus sunt, non multum curandum est, quid accidat, ut moriantur, sed moriendo, quo ire cogantur, ut piè docet idem Aug. in lib.

de dono discipl. & lib. 1. de civit. Dei, c. 11. D. Ambr. in orat. de obitu Valentianæ. tit. 5. ibi: Nec putet aliquis meritis eorum, obitus celeritate detractum, &c. & latè proseguitur Mureta, in lib. quare bonis viris mala accidant. Muret. ibidem in oratione de provident. Just. Lips. de Physiolog. Stoic. lib. 1. dissert. 13. & sequent. lib. & Francisc. Petrar. de remed. advers. fort. Dialog. 54. ubi ait: Nescio quid terribilius adeo sit, in aquis mori, quam in terris, quandoquidem in alterutro moriendum est, seu quid optabilius, vermium cibum esse, quam piscium.

Quorum sententiis, & exemplo Divi Simeonis Stylitis, quem Sophronius in Prælo spirituali narrat, fulmine percussus interisse, ingentem mœrorem leniebam tristis nuntii, in hæc urbem, ipso, quo hæc transcribimus tempore, allati, de pluribus ejus civibus, & qui in Hispaniam navigantes, horribili, & tremendo naufragio circa Havanam periere. E quibus unus fuit insignis ille Pater Paulus Joseph. ab Arriaga & Societate Jesu, quem omnes ob vitæ puritatem, religionis observantiam, morum sanctimoniam, atque etiam ob variam eruditionem, cum maxima humilitate conjunctam, reverenter suspiciebamus, & nunc etiam magis venerari debemus; cum fide dignis testibus compertum fuerit, paulante navis submersionem, concionando, & audiendis naufragantium confessionibus fessum, Christi Domini crucifixi imagini innixum, piam animam exhalasse. Sed valet hic illud quod apud Homerum Jupiter effatur, Habeo curæ & pereuntes, quasi diceret, tunc quoque cum preunt; non negligi à Deo, sed bono aliquo fine perire. Unde ut D. Damascen. docet lib. 2. de fide Orth. cath. 29. Omnia admirari, omnia laudare, omnia sine inquisitione suspicere Providentiæ opera debemus, etiam si multis injuria videantur, quia scilicet ignota est, imò comprehendendi novis impotens Divina Providentiæ.

Dictorum autem terræmotuum causas aliqui ignivomis montibus tribuunt, vulgò dictis Volcanes, quorum plures in hoc & Novo Orbe apud Mexicum, Tlascalum, Nicaraguam, Guatemalam, Terenatem, Pastum, Quitum, Arequipam, & alibi passim reperiuntur, non minus Ætna, ac Vesuvio mirabiles, de quibus, & de causis, quod ignis & fumus in eis tamdiu durent, post Aristot. de admiran. cap. 36. Plin. lib. 2. cap. 106. & lib. 3. cap. 8. Solin. cap. 10. & 11. Trogum lib. 4. D. August. lib. 21. de civit. Dei, c. 4. & Ludovic. Vives in notis Paul. Oros. lib. 5. cap. 10. & 11. & lib. 7. cap. 9. D. Isidor. lib. 14. Etymol. c. 8. plura tradit Acosta lib. 3. de hist. Ind. c. 26. & 27. Petr. Mexia in Sylva, 5. part. c. 23. & seq. Ravis. Textor. in officin. 2. t. ex pag. 379. Maluend. de Antiebrist. lib. 1. c. 35. pag. 50. Sim. Majol. colloq. 16. exp. 368. & 373. ubi de montibus ignivomis utriusque Orbis multa congestit, & colloq. 17. pag. 396. & colloq. 22. ex pag. 498. Georg. Agricola lib. 1. c. 2. de ortu & caus. subterraneorum, & lib. 4. de natur. eorum quæ effluunt ex terra: Cardan. lib. 2. de subtilit. Herrer. in descrip. cap. 18. pag. 53. Torquemada dict. lib. 14. ex cap. 30. ad 34. & Basil. Pont. Legionens. 1. part. variar. disput. quest. 8. exposit. c. 4. ubi de his montibus ignivomis Novi Orbis exponit illud Job. c. 28. Terra de qua

ori-

oriatur panis in loco suo, igni subversa est, de quo latius agimus infra cap. 15. n. 62.

Sed quoniam & multoties accidit, ut etiam in regionibus ab hujusmodi montibus, & eorum eruptionibus nimis distantibus, & præcipè in planis, & litoralibus locis, terræmotus sentiantur, ut supra retulimus; sunt alii, qui eorum causas esse opinantur, quod pori & cavernæ terræ, per quas halitus egressuri erant, maris aqua obturentur, atque etiam superficiè humiditas efficiat, ut ferventes vapores, humoresque interius conclusi, & quasi captivati maneant, qui si post nimio opere incaluerint, latissimè diducuntur, & quasi difflantur, eo majori impetu, quo exhalatio major fuerit. Atque ita nonnulli observantur, terræmotus tum potissimum excitari, cum siccum annum frequentes pluvie insequuntur.

Quas rationes aperuit Aristot. lib. 2. Meteor. Seneca lib. 6. natur. quæst. c. 1. 12. 21. & 23. & lib. 7. cap. 25. Ubi Spiritus, inquit, intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita & sub mari. Deinde cum est obstructus ille trames, per quem descenderat; reditum autem illi à tergo resistens aqua abstat, huc & illuc fertur, & ibi ipsi occurrent, terram labefactat. Ideo frequentissimè mari opposita vexantur, & inde Neptuno hæc assignata est movendi potentia. Quisquis primas literas Græcas didicit, scit illum apud Homeros vocari vocari, id est, terræ motorem, aut concussorem.

Eandem rationem, & causam nominis Neptuni exponit Plutarch. in lib. de Homer. & in vita Cimonis: Amian. Marcellin. lib. 1. Natal. Comes in mythol. lib. 2. cap. 8. & Juvenal. satyr. 10. dum ait:

Ipsam compedibus qui vinxerat Emorrigaum.

Et & plurima simul de aliis causis, & de variis terræmotibus congerentes, qui in variis Orbis partibus contigerunt, prolixius proseguuntur Plin. lib. 2. cap. 80. 83. & 84. Lucret. lib. 6. de natur. rer. idem Senec. lib. 2. natur. quæst. c. 30. & 31. & lib. 9. c. 25. Diodor. Sicul. lib. 15. Biblioth. Nicephor. lib. 13. c. 36. & lib. 14. c. 46. & lib. 18. c. 13. D. Antonin. r. 6. cap. 21. & 2. & tit. 22. c. 14. & 2. & 3. Acost. dict. lib. 3. cap. 28. Torquemad. d. lib. 14. pag. 35. Petr. Fab. lib. 1. Semest. cap. 9. & lib. 3. cap. 4. pag. 63. & 64. Simon. Majol. omnino videndus, colloq. 1. de Meteoris ex pag. 29. & colloq. 13. de fontibus. pag. 319. & colloq. 17. de propriet. loc. ex pag. 397. Rutil. Benzon. de ann. jub. lib. 6. c. 12. ex pag. 675. Bernard. Aldret. de antiq. Hispan. lib. 3. c. 6. ex pag. 349. Maluend. de Antiebrist. lib. 7. c. 14. Pined. in Job. c. 9. vers. 6. & in Eccles. c. 1. vers. 4. Ludovic. Ballester. in Hierolog. lib. 2. cap. 10. & alii relati à Torreblanca de Magia divinat. lib. 1. c. 2. ex num. 21. & c. 6. per totum, & lib. 2. c. 11. ex num. 28. Teatr. vit. human. vol. 3. lib. 2. pag. 632. 636. 637. & 646. & seq. Fr. Gregor. Garc. de Ind. orig. lib. 4. c. 12. & Nos supra c. 4. num. 16. & Joan. Baptist. Scott. de nat. & increm. Noli, lib. 1. c. 8. ubi causam exponit cur in Ægypto nunquam intremiscat, & P. Joan. Ludov. Cerdà in comment. sup. Virgil. lib. 8. Æneid. vers. 241. not. 5. ubi sex terræmotuum species commemorat.

Tom. I. de Ind. jur.

Neque absunt nostri J. C. qui de eisdem terræmotibus mentionem faciunt, in l. fluminum 24. § hæc stipulatio, & §. Servius, ff. de damn. infect. l. propter incensum 4. ff. de pollicitat. l. ex conducto. 15. §. Si vis tempestatis, l. si mercus 25. §. vis maior. l. Marcus 59. ff. locati. Inter & quas tamen aliquod dissidium esse videtur: Nam priores illa, terræmotum inter casus fortuitos numerant, & ex ira, sive indignatione Dei provenire docent, in dèque illum Ocyrbian, hoc est vim divinam appellant. Posterior autem vi naturali tribuit, causas nimirum, & rationes naturales, ut apparet, considerans ex quibus terræmotus oriri retulimus. Neque placet concordia Petr. Fab. d. lib. 2. c. 4. ad finem, qui vim divinam, & naturalem pro synonymis à Jurisconsultis usurpari putant, & cum Natura Deus ipsa sit, juxta illud Ovid. 1. Metamorphos.

Hanc Deus, & melior liem Natura diremit.

Et Senecæ lib. 4. de benefico. cap. 7. Quid enim aliud est Natura, quam Deus, & Divina ratio toti mundo, & partibus ejus inserta? cum aliis, quæ eleganter congerit Just. Lips. de Physiologia Stoic. lib. 1. dissert. 5.

Quare & verius esse arbitror, quod etsi naturali aliqua vi, aut ratione terræmotus causari, & impelli possit, atque hoc inspecto ad vim naturalem cum referat Javolen. in d. l. Marcus; id tamen nihil vetat, quominus alii Jurisconsulti ipsum quoque Dei iræ adscribant, atque adeo vi divinæ, quam & vim majorem appellant. Quoniam cum & firmam terram, stabilem, & immotam Deus manere jusserit, juxta illud Eccles. c. 1. vers. 4. Terra autem in æternum stat. Et Psalm. 133. Fundasti terram super stabilitatem suam; cum aliis, quæ ibidem eruditè tradit Pineda, & sup. Job cap. 28. vers. 7. & cap. 38. vers. 4. & Just. Lips. ubi supra lib. 2. & dissert. 19. Benzon. dict. lib. 6. cap. 27. pag. 696. nunquam ejusdem terræ commotiones, quantumvis ex causis naturalibus fluant, nisi in signum divinæ potentia, aut indignationis accipere debemus, quibus vel peccatores puniunt, vel commovet, ut convertantur, ut ostendit sacra Pagina Job 9. versicul. 6. Ecclesiasticus 16. 18. & alibi passim. Quare & Phyliastr. in lib. de hæres. lib. 64. sibi appellat hæreticos, & vanos illos Philosophos, qui terræmotum rerum, & elementorum naturæ adscribunt, non Dei peculiari jussioni, & indignationi. Et & prodigiosum semper existit antiqui, atque adeo divinum, si terra movit, & ad portentosi significationem aucupandam libros Sybillinos adibant, ut tradit Livius lib. 34. Senecæ lib. 6. nat. quæst. ferè per totum: Agel. lib. 2. notæ. Atticar. cap. 28. Ludovic. Carrion lib. 1. emend. cap. 11. & 12. Lorin. A. Apost. cap. 4. vers. 31. Clavius ad cap. 10. Sphæra & per plura exempla Divinæ indignationis & vindictæ, per terræmotus sumptæ, adducit Majol. dict. colloq. 1. pag. 29. & 30.

Ferias quoque, cum moveri terram senserant, ejus rei causa edicto imperabant Romani, teste eodem Agell. ubi supra. Dei tamen, inquit, nomen ita uti solet, cui servare ferias oportere, non edicebant, ne alium pro alio nominando, falsa reirigione populum alligarent. Bas ferias si quis pollueret; hostiam immolabat. Idque ita ex decretis Pontificum.

titulum observatum Marc. Varro dicit, quoniam & qua vi, & per quem Deorum, Dearumve terra tremet incertum esset.

Ad quarum feriarum imitationem, & aliarum, 68 que ob alios prodigiosos, aut repentinos casus indici solebant, de quibus agit peni tot. tit. ff. de feriis, l. 1. Cod. eodem, l. 38. tit. 2. part. 3. Covar. lib. 4. var. cap. 19. Anton. Thesaur. decisi. 39. num. 6. Brison. in l. Dominico, Cod. de spectat. cul. & Rosin. de antiquit. Roman. lib. 4. cap. 3.

69 Nos, qui unum & verum Deum, ut omnium causarum causam in ejus Sanctis veneramur, solemnia vota emittere. & anniversaria festa celebrare solemus, illis diebus, quibus violentiores aliqui terramotus contigerunt, ut in hac Limensis urbe observatur in die Visitationis Deiparae, & DD. Crispini & Crispiniani, & olim in Gallia Mamertum Episcopum observasse legimus apud Jornand. in Annal. Segon. lib. 14. Imper. Occident. & lib. 4. Reg. Ital. & Theatr. vit. hom. vol. 16. lib. 2. pag. 3049. Et ad Dei itam, atque indignationem placandam illa etiam verba foribus, & parietibus nostrarum aedium affigi curamus, Christus nobiscum, state, quibus quasi coelitus missis Antiochenae urbis ingentem terramotum sedatum fuisse tempore Justiniani Imperatoris commemorat Anton. Cont. in ejus vita: & Nicephor. lib. 7. hist. Eccles. c. 3. Et de ejusdem urbis Limensis terramotibus agens literis mandavit eruditissimus Doctor Franciscus Carrascus del Saz, qui postquam in ea pluribus annis honorificum advocacy, & assessoris Dominorum Proregum officium exercuit, Regii Panamensis Senatus Consul creatus fuit, in suo lib. pract. quast. sup. novam Rec. c. 2. ex n. 18. ad 24.

70 Sed ut his, quae de terramotibus diximus, firmem imponamus, lubet hic notabilem, & admirandum casum ejusdem terramotus, & ignivomi montis eruptionis hujus Peruani districtus insere, qui praeterquam quod in eo omnibus notissimus est; Reverendi Patris Martini Deltio asseratione communitur lib. 4. disquisit. magic. cap. 3. q. 2. pag. 299. ubi sic ait: Anno superiore 1600. die 18. Februarii prope Arequipam ex illis, qui multi Peruanam sunt montes ignivomi, (Vulcanos vocant) unus eorum, Guaina Putina principio candidam nubem visus pecorariis longe iniquo eruere, quam consecuta est procella fragminum ingentium, quasi avulsorum a rupibus, sed ignitorum: haec paulum spatii progressa comminuebantur in minores lapides, & paulatim, centesimo ferme passu a crateri, in cinerem. Ubi saxa decidebant, cumeta revulsa; diruta, comminuta, interempta: ubi lapides, pauci mortales evaserunt, vel jumenta. Fors Hispani iter faciebat equus, cum vim grandinis lapillaeae non ferret, descendit, & se sub equo locat; sed equus non valebat sustinere, pro vi iterum, Herus videns, nec tutum nec quietum sibi sub equo refugium; ephippium aufert, equum deserit, capiti sellam imponit: sic agere evasit erant fragium. Torrentes & fluviis, ac fontes nonnulli penitus exaruerunt, alii lapsus facultas interclusa, cineris multitudine, idque per leucas plus trecentas. Arequipa primum orta clara luce tenebrae, integrum ferme mensem durarunt. Interea initio caelum fulminibus visum debescere, & audiri tonitrua, flammisque globi, instar artille-
ria bellica, aciebus hinc inde dispositis mutuo ex-

plosa, vicissim huc illuc discurre. Ingens globus ismel decidit, & a templo in proximum ambitum, inde in viam publicam patente porta erupit, & subito disparuit, relicto sulphureo nidore. Terra motus jugis fuit, alio ut multe domus conciderent, reliqua quasi tripudiant nutantes. Nec cessavit interea pluvie terram albam instar cinerum, seu calcis trite, ut nemo per plateas incederet, quin mox digiti spissitudine cooperiretur: Domus quae minimum tecta essent, crassitudine semipedali, sic pleraque sub onere gemebunda subsiderunt. Malum durabat, luce per intervalla potius ostendente se, quam diem praebente. Mense ferè exacto cessatio fuit, & nonnulla intermissio, ut nostri, qui illic degunt perscribere; sed adhuc metus manebat graviorum. Magnam morum in melius tum timor expressit commutationem, omnes ad pedes Sacerdotum devolvi, adeo, ut quiete nulla daretur, & vi in cubacula penitentes irrumperet. Sic Deo lucrum animarum multarum accessit. Sed nec Satanas neglectam occasionem: nam cum Indi Paganam viciniores flammis solita superstitione, Magos accessissent, & simul ad montem illum properarent, & malis cantibus, ac sacrificiis procurarent, magos & viciniores quoque flamma consumperunt, ceteri omnes male mulctati, desperabundi pars suspendio, pars aliter sibi mortem consciverunt. Quibus addo ex relatione multorum, qui huic spectaculo interfuerunt, cineres torrentium modo magno impetu per plures leucas, etiam transvadatis fluminibus decurrisse, & domos aliquas in agris positas, illas habitantibus, suis sedibus motas, & in alias exportatas.

74 Addere etiam libet ingens aliud naturae miraculum, quod narrat Acost. d. lib. 3. cap. 21. in fin. & post eum Herrer. in descript. Ind. cap. 20. pag. 59. scribens anno 1581. circa urbem Chiquiavo, alias de la Paz, magnam partem altissima rupis ad Indorum pagum respicientis, qui dicitur Anjo Anjo, subito corruisse, & eorum plures, qui idololatras & malefici erant, obtivisse: Et quod majus est, rupem ipsam non secus ac undam; aut ceram liquefactam, ad sesquileuca spatium procurrisse, aut profluxisse, lacumque vicinum, & omnem illum ambitum terra explevit fuisse.

In alia quoque provincia Peruana, quae Chumbivilcas appellatur anno 1612. juxta oppidum de Alca repente parvus torrens, qui illud alluit, in magnum fluvium erupit, & regionem universam per dies aliquot cum maximo incolarum damno inundavit, ingentia saxa rapidissime volvens, nullis aquis pluvius adactus, sed iis, ut apparet, quae dehiscente ibidem tellure, ex intimis ejus penetralibus effluerunt, juxta quae de aquis terrarum immixtis, & fluminibus, & abyssis sub ea latentibus, ex aliorum Philosophorum sententia commemorat Plin. lib. 2. cap. 68. & Senec. omnino videndus lib. 3. natural. quast. per totum, & praecipue cap. 8. 19. & 30. lib. 5. cap. 14. & lib. 6. cap. 7. & Simon Majol. de collog. 101. de mari pag. 262. Ut sic apparet undique, & ubique hominibus pericula imminere, l. Senatus 35. §. mortis causa. ff. de donat. caus. mor. l. 1. §. cur tamen, ff. de pos. Deumque ejusmodi naturae portenta, ut timeatur, ordinasse, sicuti docemur Psalm. 33. ita ut Arist. lib. 3. Moral. Nicomach. docuerit, non esse fortes appellandos, sed insanos potius, ac sen-

su vacantes eos, qui non habuit virtutis, sed immanitate quadam natura, terribi concussione non perhorrescerent, quae videtur inferorum ad superiorum sedem eruptionem minitari. Unde ad stupida conditionem hominem designandum in Proverbium abiit: Neque motus timeret, neque fluctus. De quo plura post Erasum. scribit Paul. Manut. in adag. pag. mihi 1160

CAPUT VIII.

De Oceano, quo Novus Orbis undique cingitur, & ejus utilitatibus, & nominibus, & naturalibus Atlantici & Australis per fretum Magallanicum communicatione, & an hominum industria Isthmus aliquis perforari possit, quo haec duo maria facilius, & commodius jungantur, & adeantur.

SUMMARIUM.

- Oceani etymologia.
- Oceanus terram cingit, non terra Oceanum.
- Oceanus terram omnem quasi insulam coronare, cingere, ambire, concludere, & circumfluere dicitur.
- Mare utrum commenerari debeat inter bona, vel inter mala.
- Mare nihil bonum producit, secundum Platonem & Homerum, & dicitur quasi amarum, & ab Aegyptiis pernicies vocatur.
- Mare dicitur Tharsis, quasi egenum, & egestum.
- Adagium Neptuni, sive maris filii, quid significet.
- Maris plurima bona, & commoda recensentur.
- Navigatio, & commercii navali utilitas expenditur.
- Maria ferè omnia navigabilia sunt.
- Seneca quoddam veluti vaticinium navigationis ad Indos.
- Navigatio & navis apud Onecrocriticos bona portendit.
- Mare, & aqua marina Regem & Regiam operi significat.
- Maris mentio in Scriptura sacra ponitur pro loco plena thesauris. Et inter benedictiones, habitare loca maritima, & commercii opportuna.
- Orbis Novus undique Oceano Atlantico, & Australi abluitur, & maritimus commoditatibus gaudet.
- Mare ad Polum Antarcticum maxime diffunditur: Sed terra tamen magna spatia relinquit, contra opinionem aliquorum Philosophorum.
- Terra à mari vix unquam distat plus mille leucis Hispanicis.
- Mare in universam plus multo occupat hujus globi inferioris, quam terra.
- Australis plaga sub nomine maris soles denotari in Sacris Literis, & quare.
- Oceani propria sedes est in Meridie.
- Novus Orbis à multis insula esse dicitur.
- Insulae nomen quid proprie significet, & unde dicitur.
- Orbis universi partes non tantum peninsulae sed insulae à veteribus dicebantur.
- Creta insula qualiter dividit Europam, Asiam, & Africam.
- Oceanus Atlanticus quis, & unde dicitur, & quare etiam Borealis, & del Norte dicitur.
- Norte nomen est Belgicum, & significat Septentrionem.
- Oceanus Australis, sive del Sur, quis, & unde dicitur.
- Sur, nomen est Belgicum, aut Gallicum, & significat ventum Australem.
- Mare del Sur, sive Australe, dicitur etiam Mare Pacificum, & quare.
- Mare del Sur, cur adeo tranquillum sit, & de maris fluxibus & refluxibus, & eorum causis, remissive.
- Mare diversas appellations habet, pro varietate provincialium, quae alluit, sed unum tamen est.
- Maria omnia inter se mutuo perforata sunt, & cum Oceano variis modis communicantur, & quid in

- Hircano, Caspio, Mediterraneo & Rubro.
- Mare Mediterraneum cur ita dicatur, & cur etiam Magnus vocetur, cur Oceanus major, & revera Magnus, imò & Maximus sit.
- Oceanus Atlanticus, sive del Norte, qualiter eodem cum Oceano Australi, sive del Sur.
- Magallanus aperuit fretum diu desideratum, quo uterque Oceanus adiri possit.
- Navis Commendatoris Loayzae, & Episcopi Placentini post Magallanum, fretum ab eo inventum transierunt.
- Francisci Draque Angli, ad Magallanicum fretum, & alias provincias Novi Orbis expeditiones, & ejus obitus.
- Thomas Candish Anglus, feliciter fretum Magallanicum transit, & in patriam opimis spoliis onatus reversus est.
- Richardus Achini Angli expeditio ad fretum Magallanicum, & qualiter captus fuerit.
- Olivierus Vandermos Batavus variis fortune casibus jactatus, post trajetum fretum Magallanicum in Amsterdamum rediit, & etiam Guilielmus Schouten.
- Batavorum sex militares naves anno 1615. fretum Magallanicum transierunt, & cum nostris his navales certamen ineuntes, primo victrices, secundo victae, perierunt.
- Hollandensium, & aliorum Sectariorum relationes de rebus in Indiis gestarum tractantes, caute legendae sunt, & quare, ibidem.
- Fretum novum ultra Magallanicum anno 1619. à fratribus Nodalibus supremi Indiarum Senatus jussu quaesitum, & inventum fuit, & ejus descriptio.
- Fretum non esse ad terram Magallanicam, sed mare apertum pluribus insulis disjunctum multo opinantur.
- Magallanicum fretum quando & qualiter ex parte maris del Sur lastraverint, & transierint Joannes Landrillerus, Petrus Sarmientus, & Ferdinandus Lamertus.
- Didacus Florus de Valdes mittitur ad ortum freti Magallanici munitionem, & incolendum.
- Fretum aliud, quo uterque Oceanus conjungatur versus Polum Arcticum esse nonnulli opinantur, & in vastissima regione Floridae reperitur.
- Oceani utriusque commercia hosti qua via ineantur.
- Isthmus Panamensis utrumque Oceanum dividens leucas septem habet.
- Viae plures quaerita sunt, quibus Oceani Atlantici ad Australe facilius transitus aperiretur, & quae illae.
- Isthmus Panamensis ut perforari, & canali per eum aperto, uterque Oceanus communicetur, saepe tractatum est, & an id possibile sit.
- Nicanor Rex Syriae nunquam perficere potuit fossam, quae ex Caspio mari ad Euxinum ducere destinavit.
- Isthmus Peloponnesi inter mare Aegeum, & Jonium frustra perforare multi tentarunt.
- Nero irritus fuit, quod Isthmum Peloponnesi perforare voluit.
- Isthmum perforare adagium, eos notat, qui frustra aliquid moliantur.
- Xerxes frustra pontem navium in mari facere tentavit, ut Asiam Europe conjungeret, & Athon montem effodit.
- Necbaux Rex Aegypti fossam ex Nilo ad Rubrum mare fodere cepit, in cuius opere centum viginti milia Aegyptiorum perierunt.
- Opera Dei velle mutare, aut emendare piaculum est.
- Alphonsus X. Castellae & Legionis Rex à Deo punitus dicitur, quod ejus opera reprehenderet.
- Isthmi lapides, quem Gnidii perforare tentarunt, in fodiendum oculos restituebant, & quid oraculum responderit.
- Caroli Magni historia mirabilis, dum fossam ex Rheno in Ararim facere voluit.
- Isthmus Panamensis si aperiretur, tota illa regio aquis mergeretur.
- Sesostris, & alii cessarunt mare Rubrum in Nilum ducere, ne terra Aegypti inundaretur.
- Europam insulam facere quidam Imperatores voluerunt,

- runt, & cur ab incipio destiterint.
- 64 Mare etiam in prono ultra litus non potest excurrere.
- 65 Mare unum si alii pronam sit, & interfacientis terræ impedimentum auferatur, in illud influet.
- 66 Mare nullis aquis augetur, etiam si aliud mare in illud influat.
- 67 Mare an sit inferius, & depressius terra, remissive.
- 68 Isthmum Panamensem, aut alium aperire ad utrumque Oceanum communicandum, si id loci natura permittet, utilissimum erit.
- 69 Deus non offenditur si homines arte, & industria naturæ defectus supplere, & suis usibus aptare conentur.
- 70 Fossam, quam ex Rubro mari ad Nilum cepit Setosis, postea alii perfecerunt, & qualis ea fuerit.
- 71 Cleopatra ab Augusto fugiens, voluit aperire fossam, sive Euripum Maris Rubri.
- 72 Fossam magnam in Gallia ad navigandum ex Rhodano in Ararim, Mosellam, & Rhenum usque ad Oceanum facere voluit Lucius Verus.
- 73 Hercules Gaditanum fretum injecto aggere claudere voluit.
- 74 Hispania olim angustissimo maris freto distabat ab Africa, imò & cum illa continuabatur.
- 75 Hercules qualiter Scyllæ, & Charybdis scopulos sustulerit, & ingentia alia utiliaque opera alibi fecerit.
- 76 Opera plurima ingentia & laboriosa hominum arte, & industria confecta; remissive.
- 77 Caspia seu Caucasica portæ, & famigeratum illarum opus.
- 78 Cloacæ urbis Romane opus ingens, & admirandum.
- 79 Mari, quo Sine provincias suas à Tartaris dividunt, & tuentur, maxima, & penè incredibilis fabrica.
- 80 Alphonus Alburquerque Nilum in Arabicum Sinum divertere tentavit, & sic totam Ægyptum in Turcarum odium sterilem reddere.
- 81 Turcæ cur imponant leviora tributa Abyssinis, in Terram Sanctam religionis causa venientibus.
- 82 Iraia locus expenditur, & exornatur.
- 83 Cyrus Persarum Rex quare, & qualiter Gangem diviserit.

Oceanum ¶ mare secundum Solinum in *Polyb.* cap. 26. de Hispania; D. Isidor. *lib. 13. Etymolog. cap. 15. pag. 256.* & Joan. Funger. in *Etymolog. verb. Oceanus*, quidam à celeri fluxu, quasi oceanus currentem, dictum existimant; etenim *oceanus* est celer, & *oceanus* est fluere, vel natare. Sed alii verius tam Græci, quam Latini Scriptores, ut idem Isidor. observat ita nominari tradunt, quod in circuli modum Orbem terrarum ambiat, & universas ejus oras amplectens, alterius astibus accedat, atque recedat. Quam etymologiam Eratosthenis, & doctissimorum quorumque Philosophorum opinio confirmat, qui rectè profiterentur, ¶ Oceano potius terram cingi, quam illum ab ea circumdari ut bene advertit Martin. Deltio in *adag. sacr. 1. tom. adag. 789. pag. 378.* & de Oceano hujus Novi Orbis loquens Acost. *lib. 1. de histor. Indiar. cap. 6. & lib. 3. cap. 10. & 27.* Eoque respexit Dionys. Alexandr. *Cosmographus sub initium sui poematis de situ Orbis*, ¶ dum universam terram nihil aliud esse dixit, quam *Insulam Oceano coronatam*; & Orpheus in *hymno Jovis & Junonis*, dum laudat circulum indefensibilem fluentis Oceani, quorum Græca carmina adducit Forcutil. *lib. 2. de Gallor. Imper. & Philosoph. fol. 82.* & Petr. Fab. *lib. 3. Semestr. cap. 25. pag. 403.* & Just. Lips. omnino legendus in *Physiolog. Stoicorum lib. 2. dissert. 16. & 17.* Necessarib. *lib. 6. de Republic.* ubi inquit: *Omnis enim terra, qua colitur à vobis, angustis verticibus, lateribus latior, parva quedam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod Mag-*

num, quod Oceanum appellatis in terris. Quem imitatus Julius Firmicus *lib. 1. Mathem.* tradit Atlanticum Mare terræ spatium in modum Insulæ undarum suarum circumfusione concludere. Idem quoque sentit Catullus de nupt. Pelei & Thet. dicens:

Oceanusque pater totum qui amplectitur Orbem.

Et Horatius in *Opod. Ode 16.* qui Homericum epithetum mutuatus, ut Lambinus ibidem observat, illum circumvagum vocat:

Nos manet Oceanus circumvagus, &c.

Et expressius Manilius *lib. 4. Astronom.* inquit:

Ipsa natat tellus Pelagi lustrata corona,
Cingentis medium liquidis amplexibus Orbem,

Et Seneca in *Oedipo*:

Lacida dum currenti annori rydera mundi,
Oceanus clausum cum fluctibus ambiat Orbem.

Utrum verò ¶ mare inter mala, vel inter bona connumerari debeat? in questionem vocari solet. Et ¶ sanè nihil memorabile, vel Jove dignum producere, Plato in *Phædone* scriptum reliquit, cui consentiens Homerus, mare nullius frugis esse dixit, & aridit nominis etymologias siquidem mare, quod *amarum* sit, dictum putat Honorius, quem refert Joan. Funger. in *Etymolog. verb. Mare*, vel quod aque ejus amara sint, secundum D. Isidor. *lib. 14. etymolog. cap. 14.* atque adeò Ægyptii Sacerdotes illud *perniciem* appellare soliti sunt, ut testatur Pier. in *Hierogl. lib. 31. pag. 285.* Et Simon Majol. *collog. 10. pagin. 264. & pag. 277.* inquit, mare malum esse, & mala significare, juxta illud Isaïæ 57. *Cor impii mare fervens.* Eadem ¶ quoque de causa *mare Tharsis* appellatum putant Forerius, atque Mercerus, quos refert Maluend. *lib. 5. de Antichrist. cap. 14. pag. 283.* à verbo Hebræo *Rasas*, vel *Rus*, quod pauperem, ejectum, destitutum, discretumque esse significat, quasi nimirum omnia ejiciat, exterminet, depauperet, vel potius, quod ipsum sit egenum, inops, pauper, exterminatum, & ejectum. Quod ¶ & sentit Agel. *lib. 15. not. Attio. cap. 21.* & alii relati à Paul. Manut. in *adag. filii maris, vel Neptuni, p. 1404.* & Fr. Joan. à Ponte *lib. 3. de conven. utriusque Monarch. cap. 7. §. 1. pag. 50.* dum docent, nihil benevolunt, aut mite in mari gigni, & ideò ferocissimos, immanes, & alienos ab omni amore, & ingenii suavitate Neptuni filios dicere Poetas consuevisse.

Sed in contrarium ¶ plurima esse, & magni quidem semper faciendæ commoda & bona, quæ ex Oceano, & ejus terræ circuitu proficiuntur, late & eleganter ostendunt D. Ambros. *lib. 3. & D. Basil. lib. 4. Hexam.* & Pat. Ludovic. Ballester. in *Hierolog. lib. 2. cap. 9. pag. 146.* Primum, quia terras necessariò suffulcit humore, quibus per venas quasdam occultè succum quemdam hand inutilem subministrat. Est etiam bonum mare tamquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, inventio commercium, quo sibi disantares populi copulantur, quo præriorum removeantur pericula, quo barbaricus furor clauditur; subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus,

salubritas valetudinis, separatorum conjunctio, itineris compendium, transfugum laborantium, subsidium vestigalium, sterilitatis alimentum. Ex hoc pluvia in terras transfunditur, siquidem de mari radiis Solis aqua hauritur, & quod subtile ejus est, rapitur: deinde quanto altius elevatur, tanto magis etiam umbratione frigescit, & imber fit, qui non solum terrenam temperat siccitatem, sed etiam jejuna arva fecundat.

Hactenus ex Ambrosio & Basilio, qui bene ginter alia ¶ utilitatem navigationum considerant, quæ per hanc ingentem aquarum congregationem, quam *Oceanum* appellamus, iniri ab hominibus possunt, quarum medio facilis eis redditæ est regionum, quantumvis longè distantium, communicatio, quæ terrestribus itineribus difficilis, & quandoque impossibilis esset. De quo etiam optimè post alios agit Boter. in *relation. univers. part. 1. vol. 2. lib. 1. pag. 340.* & Anton. de Herrera in *histor. general. Ind. decad. 1. lib. 5. cap. 8. pag. 172.* Atque ¶ inde *Deum Optimum Max.* omnia ferè maria navigabilia fecisse, licet in aliquibus aliqua impedimentà sese navigantibus offerant, pluribus probat Simon Majol. *dict. collog. 10. circa finem*, & multa exemplà magnarum navigationum omnium sæculorum recensens Maluend. *lib. 3. de Antichrist. cap. 15.* Ubi ¶ inter alia refert Senecæ verba in *prefat. ad lib. natur. quest.* qui quasi hanc navigationem, quæ hodie à nostris in utramque Indiam initur, inspiceret, inquit: *Quantum enim est, quod ab ultimis littoribus Hispania usque ad Indos jacet? paucissimorum dierum spatium si navem suam ventus implevit.* Quibus conveniunt plurima alia, quæ de utili, & necessario navigationum usu congerit Aristor. *lib. 1. Politicor. cap. 7. l. 1. §. si is qui navem, ff. de exercit. act. lex 24. tit. 9. part. 2. Angel. com. 290.* Benven. *Stracha in tract. de mercatura, tit. de navigatione, part. 1. num. 1.* Camill. Borrell. *de navit. Reg. Cathol. cap. 8. num. 4.* Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 25. pag. 171.* D. Marta in *tract. de juridict. 2. part. cap. 24. num. 27.* & Callist. Remirez in *tract. de leg. Reg. Arag. §. 14.* & novissimè post hæc scripta Seraphin. Freit. *de justo Imper. Asiat. cap. 1. num. 16. & seqq.*

Et ¶ judicium Onirocriticon, sive eorum, qui somnia interpretantur, apud quos navigatio, & navis bona portendit: atque etiam ¶ mare ad Regis personam refertur, in quod se opes universæ, quasi universi annes exonerent. Atque adeò aqua marina Regias opes representet, & qui aquam marinam bibat, divitias ex recondata penu, aut ex Regalibus promptuariis haurire possit, ut tradunt Artemidor. *lib. 2. Onirocrit. cap. 23. Achmetes, cap. 198. & seqq.* & Pat. Joan. Pineda de reb. Salomon. *lib. 4. cap. 3. pag. 166.* & in *Commentar. in Job. cap. 28. vers. 14. num. 3.* *pag. 197.* ubi maris ¶ mentionem ibi factam ostendit, propter reconditos rerum pretiosissimarum thesaurus, qui vel in mari sunt, vel per mare advehuntur. Et eodem modo intelligit illam Zabulonis benedictionem; *Deuter. 33. 19. Inundationes maris quasi lac surgent, & thesauros absconditos arenarum;* ubi Septuaginta legunt: *Divitias maris lactabunt te, & emporia maritimam habitantium.* Et Simplicius Theodoret. *Divitias*

maris surgent, & mercatum habitantium juxta mare, quasi dicant, beatissimos illos esse, quorum provinciæ mari vicinæ sunt, & navigationum commercii fruuntur. Prout etiam similis ex mari abundantia, & opulentiæ indicatur, *Ezech. 31. 4. Aquæ multe nutrierunt illum, Abyssus elevavit eum. Genes. 49. 13. Zabulonem in litore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sydonem;* unde de Alexandria dicitur, *Nabum 3. Cujus divitiæ mare & aque muri ejus.* Et de Tyro, *Ezech. 27. Perfeci decoris ego sum, & in corde maris sita.*

Hæc cum ita se habeant, jam planè apparebit, non solum terræ bonis hunc Novum Orbem excellere, ut in superiore cap. ostendimus; ¶ sed ¶ maritimis etiam commodis, & navigationum utilitatibus frui, cum omni ex parte vastissimi pelagii undis abluatur. Habet quippè ab ortu Solis Oceanum illum, qui *Atlanticus* dicitur, sive, ut vulgò loquuntur, mare del Norte, ab Occasu autem ingentiori alio, & vastiori æquore circumdatur, quod *Australe*, & vulgò *del Sur*, nuncupari solet, ut præter alios auctores, quos passim in præcedentibus capitibus recensuimus, optimè observant Abraham. Ortel. in *Theat. mag. tab. 1. 5. & seqq.* Acost. *dict. lib. 1. cap. 6. & d. lib. 3. cap. 10. & 29.* Magin. in *Cosmogr. part. 2. tab. 34. fol. 279.* Boter. *d. lib. 1. 2. & 3. per totum;* & Anton. de Herrera in *descript. Ind. Occident. cap. 2. in princip. par. 3.*

Experientia nimirum ¶ ostendente, veram fuisse opinionem antiquorum Philosophorum, quos refert Plutarch. *lib. 3. de placit. Philosoph. cap. 9. 10. & 11.* & D. August. *lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9.* dum existimant, ad Polum Antarcticum mare quaquaversum esse diffusum, falsam tamen, dum putabant, nullum usquam terræ locum ibidem relictum. Constat namque ita aquas terræ vicissim cedere, ut non tota hujus congeries hinc, tota illarum inde se teneat, sed mutuis excursionibus sese per omnia complectantur, ut dicemus *infra cap. 11. n. 9. & 11.* Adeò, ut ¶ plenè observatum sit, vix unquam ¶ terram à mari amplius quam viginti quatuor millia stadiorum distare, id est, leucas Hispanicas mille, sicuti ex allorum relatione advertit Acosta *dict. cap. 6.*

Quamvis ¶ negari non possit, multò maxime terreni globi partem aquas possidere, & præcipuè in hac Australi plaga, ut post alios bene notat Herrera in *histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 10. cap. 4. pag. 337.* Quapropter ¶ tota ipsa ¶ sæpè in Sacris Literis mare vocatur, & sub hoc verbo Aquilonari regioni opponitur, appellatione scilicet sumpta à parte, quæ in ea magis excellit, juxta illud Psalm. 88. *Aquilonem & mare tu creasti:* Et Psalm. 106. *A Solis ortu & Occasu, ab Aquilone & mari.* Quæ loca, & alia ita exponi posse testantur D. Basil. Theodoret. Jansen. & Lorin. ibidem, & Genebrard. hujus rei ¶ rationem reddens: *Quod propria sedes Oceani est 20 in Meridie.* Pat. Gaspar. Sanct. in *Isaiam, cap. 9. num. 54.* & doctissim. Pat. Joan. Pineda in *Commentar. in Job. cap. 23. vers. 9. num. 3. & 4.*

Et ob hunc nimirum Oceanum ambitum, cujus undis hunc Novum Orbem undique cingi probavimus, ¶ sunt qui illum *insulam* appellent, ut 21 tra-